

11. Alexander IV. papa, audita Litvanorum,
Iacziwingorum, aliorumque infidelium, in
Poloniam irruptione, populos, ad debel:
landos paganos ecclesieque subiciendos,
in Polonia, Bohemia, Moravia, Austria,
convocari iussit, hocque munus inter ca:
teros, Bartholomeo Bohemo Minorite, vi:
ro ingentis existimationis, et sacra eloquan:
tia florentissimo, commisit.

Fratri Bartholomeo de Bohemia, ordinis fra:
trum minorum.

Nuper ad audientiam nostram pervenit, quod
Litvani et Tentuisones ac nonnulli alii ethnici,
qui Romanorum ecclesiam nunquam matrem sue
professione fidei agnoverunt, vires exacuunt contra
ipsam, dum iidem Christianorum finitimas, videli:
et Poloniam et quasdam alias vicinas provin:
cias hostiliter invadentes, multos ex populo Chri:
stiano morti, et infinitos captivitati dederunt, non
parando sexui vel aetati; et nec adhuc fidelium
saturati cruore, ad impugnandum cum aliis
paganis et infidelibus, Poloniam et regiones fi:
nitimas, conflatis in unum viribus, se accin:
gunt: propter quod nos gravi dolore confodimus,
et super tanta strage fidelium paterno compation:
tis affectu, remedia, per que tantis obvictur peric:
ulis, solite cogitamus. Nos igitur de circum:
spectione tua nobis à pluribus et in pluribus
commendata, plenam in Domino fiduciam ob:
tinentes, mandamus, quatenus tam parte, quam

per

per fratres tui ordinis, quos ad hoc idoneos esse
cognoveris, in Polonia, Bohemia, Moravia et Au-
stria, contra predictos paganos predicas, et pre-
dican facias verbum crucis, concessa per nos
auctoritate nostra illis Christianis earundem par-
tium, qui contra infideles eosdem, crucis assum-
pto signaculo, se duxerint accingendos, suorum
venia peccatorum, qua dari consuevit euntibus
in subsidium terre sancte. Datum Anagnini 8.
idus Augusti, anno primo.